larib⁹ exprimitur ſic ſanguis cri-
ſti expreſſus fuit in spinee corone
impoſitione in flagellatione in pe-
dum & manuū conſiſione. in late-
ris tranſſione: per que ipſe do-
minus **Ieſus** chriſtus habuit
plenam victoriam. glorie coronā.
& ſuper omnem creaturam exalta-
tionem: Etiam cum pueri ad **Chri-
ſti** laudem clamarent in templo.
Osanna filio dauid vt legitur **Ma-
thei** viceſimo primo. Et principes
ſacerdotu; indignati dicerent chri-
ſto. **Audis** quid iſti dicunt. quali
dicerent. **Non** deberes ſuſtinere ta-
lem ſalum applauſu; **Ieſus** reſpō-
dit eis. nunquid legiſtis quia ex
ore infantium & lactentium perfe-
ciſti laudem tuam. id eſt vos qui
legiſtis ſcripturas deberetis intel-
ligere q̄ hoc ſcriptum eſt de me. Et
apostolus ad **hebreos**. ij. **Magnā**
ptem hui⁹ ps inducit dictā de xpō
ad **lram**. Et ſm hunc ſenſū ppheta

primo conſitetur in ſpiritu ptāte
Dñe **ditatis** in xpō dicens.
dñs n̄r q̄ admira. e nomē tu-
um in vni-
uerſa terra. **Augustinus**
Quero vnde ſit admirabile nomē
eius in vniuerſa terra. **Reſponde-**
tur. **Quonia;** eleuata eſt magnifi-
centia tua ſuper celos. **Vt** ſit iſte
ſenſus. **Domine** qui es dominus
noſter q̄ te admirantur omnes
qui incolunt terram quonia; tua
magnifi- **Gloſa** & fili⁹ tuus
centia. **Gloſa** per que ma-
gna operatus es: eleuatus eſt ſu-
per te. **Nicolaus** id eſt ſu-
los **Nicolaus** per om-
nem creaturam celeſtem: & etiam
angeli. **Jeronimus** **Qz** p
eam. **Jeronimus** nobis
homo factus eſt q̄ mortu⁹ q̄ ſurre-
xiſti. in gentibus eſt diuulgatum
Ex ore infantiu & lactentium. id
eſt ſimplicium hominu; perfe-
ciſti lau- **Nicolaus** diuinitas
dem. **Nicolaus** aute; chri-
ſti fuit conſeſſa ab angelis conſeſ-
ſione laudis ab hora natiuitatis
eius. prout habetur **Luce**. ij. vbi
dicitur. **Et** ſubito facta eſt cum an-
gelo multitudo milicie celeſtis ex-
ercitus laudantium deum. **Sed**
laus iſta fuit facta quando pueri
in templo clamabant conſitentis
diuinitatem dicentes. **Osanna**. id
eſt obſecro ſalua in excelsis. **S**abu-
tem em celeſtem nemo dat niſi de⁹
ſm q̄ in alio psalmo dicit. grām
& gloria; dabit domin⁹. pueri at
iſti non erāt homines lrati q̄ ex ſcā

legis a prophetarum possent agnoscere diuinitatem christi a sic confiteri. propter quod ista laus videtur processisse a spiritu sancto linguas eorum mouente sicut locutio asine balaam non fuit ab ea nisi passue tantum. sed effectiue fuit ab aegelo linguam eius mouente Et sic laus ista videtur perfectior fuisse: quam angelorum quantum ad hoc quod ista laus efficiebatur a spiritu sancto qui precellit omnes angelos infinitum. **I**sta enim laus facta est ad confusionem iudeorum. **V**nde subditur propter inimicos tuos confutandos. quia principes iudeorum audientes pueros in aduentu christi predictam laudem cantantes confusi fuerunt. ut destruas inimicorum. **P**opulum iudeorum a vltorem. quia sub titulo vltionis iniurie legis moysayce eum persequerantur: imponentes sibi transgressionem legis in violatione sabbati.

Hugo Deinde ex premissis prophetarum preuidens in spiritu edificationem ecclesie subiungit. quoniam cum destruxeris inimicum a vltorem tunc videbo intellectum fidei et **C**ass. et sacras scripturas tuas. **C**ass. pturas que celi merito dicuntur eo quod continet dominum saluatorem. **Q**ue quidem scripture: sunt opera digitorum tuorum quia scripture sunt ex inspiratione spiritus sancti: cuius septem dona sunt. cum sit vnus spiritus: sicut plures sunt digiti in vna manu. **E**t similiter videtur **H**ugo in vltimo lunam

salem ecclesiam que a christo tanquam a sole illuminatur a tanquam luna crescit a minuitur in personis secundum tempora tribulationis a pacis a similiter videbo stellas id est doctores a homines sanctos: qui illuminati a sole christo ipsa ecclesia sancte vite exemplo a verbo catholice doctrine multipliciter decorauerunt que omnia tu fundasti. id est est in tua fide firmasti. **S**ic quia iste verficulus non historice ut dicit beatus gregorius sed mystice est exponendus. Deinde agit de liberatione generis humani. Et primo ostendit miseriam hominis libertati dicens. Quis est homo.

Cassiodorus **C**um despectu pronunciandum est. id est est fragilis et caducus. adsequatur qui in veteri peccato permissus socia prauitate condusus est. a additur quod memor es eius.

Jeronimus **Q**uale meritum status hominis ut memor eius factus pro eius redemptione suscipias carnem

Glosa aut filius hominis ut christus filius virginis. quoniam tu per eum visitas eum. scilicet hominem. mittendo ipsum filium tuum in carne ad redimendum hominem

Cassiodorus **N**am visitare dicimus quoniam greditur quod in aduentu domini reuera constat in **Rico** In quo aduentu multiplicatum. **Rico** nuntiasti eum paulo minus ab angelis a citra angelos in sua passioe quod angeli non sunt hoc modo passibiles. scilicet passioe corporali sicut

christus fuit Gloria et honore coro-
natus quia pro merito sue pas-
sionis resurrexit et ascendit in celum
et coronatus corporis incorrupti-
bili claritate super angelos sed et ad
dexteram dei patris Et constituisti
eum super opera manuum tuarum
propter quod dominus post resur-
rectionem suam dixit **Mat. ultimo** da-
ta est mihi omnis potestas in celo
et in terra. Ideo omnia subieci
sub pedibus eius quia etiam ange-
li supremi sunt homini christo sub-
iecti. Oves et boues uniuersas in su-
per et pecora campi. Istud iuxta li-
teram additur ad remouendum
illorem errorem qui dixerunt quod di-
uina providentia non se extendit ad
ista inferiora sed tantum ad supe-
riora In quorum persona dicit **Joh**
xxii. Circa cardines celi perambu-
lat nec nostra considerat. Sed casti-
dicit quod hec verba de temus alle-
gorice dicta accipere ne post ratio-
nales creaturas incompetenter peccata
vel iumenta posuisse videatur

Cassiodorus oues ele-
dum po-
pulum significat christianum de
quo in euangelio dominus petro di-
cit. Pasce oues meas. boues predi-
catores et pastores signant qui huma-
na peccata mandatis celestibus
exarantes virtutum messem ger-
minare fecerunt. Nec vacat quod dicit
in super quia non solum illi sancti
subiecti sunt christo sed etiam pec-
catores. Sepe de conuersis talibus
maior gloria triumphat dominus
Christus. Pecora enim sunt dum

in camporum libertate id est in mu-
di istius voluptate pascentur. Volu-
eres celi id est superbi qui verbo ia-
dantie ponunt in celum os suum.
Quorum caput dicit **ysa. xliij.** Ascen-
dam in celum et similes ero altissimo
Augustinus et pisces
curiosos et auaros qui perambu-
lant semitas maris id est inquit
in profundo huius seculi temporalia
que tamquam semite in mari cito vanes-
cunt et intereunt Et dicit quod perambu-
lant ostendens pro hoc pertinacissi-
mum studium inania et preterflu-
entia requirentium. Nec autem tria
genera uiciorum id est voluptas
carnis et superbia et curiositas omnia
peccata concludunt que michi ui-
dentur a **Johanne** apostolo enu-
merata cum dicit. Nolite diligere mun-
dum quoniam omnia que in mun-
do sunt concupiscentia carnis est et
concupiscentia oculorum et ambi-
tio seculi. Si omnes predicti tam-
boni quam mali christo dicuntur
subiecti quia nunc bonos cum ma-
lis mixtos in ecclesijs videmus

Nicolaus In fine autem
psalmi resumit
primum versum dicens Domine
dominus noster quod admirabile est
nomen tuum in uniuersa terra hoc
in cantilemibus solet fieri quod in fine re-
iteratur primum **Cassio** De sua
cipiam **bus** na-
turis christi domini secundus psal-
mus et iste locuti sunt quibus et alii
sequuntur **xx. lxxii. cvij. cix. et cx**
xxviii. ut obscurum huius seculi

gradientes quasi pluitibus lampas
bibus incensus i hereticas cautes
id est duricias. Cautes est petra
durissima quam minime valeat
incidere. Quapropter tanti benefi
cij cognoscamus auctorem. vnus
est dominus christus genitus ex
patre sine tempore. natus ex maria
in tempore. prius mundu creauit
ex nichilo postea ab igenti libera
uit eri

Exicium mors
tormentum dades vel calamitas
Quale em rogo gen^o pietatis vt
ille rex angeloz tactus caritate ni
mia: dignatus est ad nos miseros
morti addictos venire: vt mors
cum auctore suo dyabolo vincere
tur. qui mundum suis vinculis
tenebat captiuu. Vnde beatus am
brosius ymnu natalis domini elo
quentie sue pulcherrimo flore co m
pmit vt pius sacerdos taz dignu
mun^o offerret. Mit em iter cetera p
cedens de thalamo suo pudoris au
la regia. gemie gygas substance
alacris vt currat viam ac. q super
humanu ingenu scis vir excoluit

Collector q admirabile
est nomen domi
ni qui infantes erudit. astutos de
struit. peccatoribus misere tur. sa
ctos visitat. angelos possidet ho
mimes continet. omnem creaturaz
sibi subijct. Ipsum qui est princi
pium a finis laudemus in princi
pio a fine. vocem in domini laude
extollentes Ipsuz amemus vt pa
trem vt creatorem vt redemptore
nostrum. atq vt dominuz timea

mus mirabilem in consilijs super
filios hominu. qui est benedict⁹
in secula seculorum Amen

Psalmus ix.
Confitebor
tibi domine
in toto corde meo.

Titulus huius psalmi talis est
In finem pro occultis filij ps 88.

Nicolaus. Ad cuius intel
lectuz sciendu
q duplex est iudicium fm duplici
domini aduentum quorum p^omus
fuit occultus: eo q diuinitas latu
it sub carne mortali. Secudus eti
est occultus. quia nescimus diem
neq horam. quando veniet domi
nus. De hoc duplici aduentu do
mini nec non de duplici iudicio da
uid spiritu prophete tractat in h^o
psalmo. Primum enim horum
iudiciorum est iudicium discretio
nis quo discernuntur fideles ab in
fidelibus: a hoc incipit potissime
a predicatione christi et aposto
lorum quo iusto dei iudicio licet
nobis occulto aliqui conuersi sut
ad fidem. a alij in infidelitate man
serunt imburati cuius ratio nobis
occulta est.

Theronimus.
Et eodem iudicio videmus adhuc
bonos a sanctos tribulari a nesi
mus an hoc sit pro eorum pbati
one a emendacōne: vt ad melius

crescat eorum gloria. **V**idemus alios tribulati: quorum pena hinc incipit. et in futuro cum ipsis permanet. **V**idemus alios nec tribulari: nec iniuriam pati sed sanos corporis leticia corporali a omnibus bonis abundare. **I**sti tales periculosi sunt quia credimus quod deus eos non visitat quia non sunt digni visitari. ut postmodum sine fine puniantur.

Nicolaus Nam cum apostolus dixisset ad rom. ix. ca. Cuius vult miseretur deus. et quem vult indurat. Et postea. xi. ca. dicit **V**ide ergo bonitatem et severitatem dei. in eos quod non credunt severitatem in te autem bonitatem dei si per manseris. Postea subdit **O** altitudo divitiarum sapientie et scientie dei quod incomprehensibilia sunt iudicia eius. et inuestigabiles vias eius. Et in ps. xxxv. propheta dicit. **J**udicia tua abyssus multa. **A**lius est iudicium dei: quod dicitur iudicium discussionis. quod erit in fine mundi. **I**dem aug. Et licet iudicium futurum sit valde clarum. quia tunc manifestabuntur etiam occulta cordium. tamen hoc modo est nobis valde occultum. secundum quod dicit saluator **M**athei vicesimo quarto **D**e die autem illa et hora nemo scit neque angeli in celo nisi pater solus. **U**trumque autem iudicium datum est ipsi christo. secundum quod dicit **J**ohannis quinto. **P**ater omne iudicium dedit filio. Et de isto duplici iudicio sibi dato dauid hoc in spiritu previdens fecit hunc psalmum. **U**nde sensus predicti tituli talis est. **I**ste

psalmus factus est a dauid propheta pro occultis filii videlicet pro duplici iudicio predicto nobis occulto dato christo filio dei: dirigens nos in finem. id est ad considerationem finis mundi: et eterne beatitudinis que tunc dabitur iustis tantumquam ultimus finis. Et sic psalmus iste est de iudiciaria potestate christi. sicut preceps est de sua passione et exaltatione secundum sensum litteralem. **N**on enim omnis explicatio psalmorum de christo est mystica. **D**ura enim et expressius prophetavit dauid de christo quam alii prophete. propter quod dicitur eximius prophetarum sicut dictum est in prologo presentis collectionis.

JERONIMUS

Iste psalmus totus in persona ecclesie per prophetam de antichristo cantatur. **D**icit ergo propheta

Confitebor tibi domine **I**n confessione laudis **I**n toto corde meo **I**d est in intellectu et affectu

Cassiodorus **I**n toto corde confiteatur dominum qui nullis cogitationibus mundanis fluctuat. quod perfectorum esse non dubium est qui a originali peccati vitia et suggestiones peruersas malorum spirituum domino prestante vicerunt. **I**narrabo omnia mirabilia tua. **Q**uis ergo potest omnia mirabilia divina narrare. que quotidie in celo et in terra virtus eius operatur. **S**ed loquitur hic per figuram que dicitur

si modo eten que significat partem
dicere omnia vt de multis aliqua
narrare vi **Theronimus**
deamur

Narrato ergo mirabilia tua omnia
Non illa tantu q mortui resuscita
tur ceci illuminantur sed etia q p
te anime perdit: saluti insperate
redduntur. **Idem August.** a **Nico**
laus **M**etabor corde. a exultabo
corpore exterius. Dicitur enim ex
ultatio quasi extra saltatio. a ad
dit in **Augustinus** **R**on

iam
in isto seculo non in voluptate cor
poris. nec in palati a lingue sapo
ribus nec in suauitate odor neq i
iocunditate sonoy transeuntium:
nec in formis corporis varie a pul
cre coloratis. neq in vanitate lau
dis humane nec in colugio a ple
moritura. neq i diuicijs a posses
sioib? h? seculi superfluis s? solui te

Hugo In quo est vera a per
manens leticia **V**nde
ad philipp. iiii. Gaudete in domi
no semper. psallam cum gratum
actoe nomini tuo. id est ad honore
nois tui **Altissime** aduerbialit ponit

Nicolaus **D**emte expmit
materiaz sui ca
tus a sue leticie propter iudicium
discretionis. de quo dicit. **I**n co
uertendo. id est dum conuertisti i
micum meum dyabolum retrorsu
fugando ipsum de homine a tem
pore predicationis christi a apo
stolorum per iudicium discreois
De quo dicitur **Iohannis. xi.** Nunc
iudiciuz est mundi. nunc pnceps

mundi eicietur foras. quia mub9
per passionem christi: liberatus e
a potestate dyaboli a suori? **V**nde
subditur. infirmabuntur quia po
testas demonu fuit per christum
debilitata ne possent tantum homi
nibus nocere quantum ante **I**deo
subditur. a peribunt a facie tua.
Reputabant enim se in hoc quod
ammodo perire q arcebatur a no
cumento hominu? **V**nde dicebat
christo **Mathei octauo.** Quis no
bis a tibi **I**esu Nazarene venisti
ante tempus perdere nos **Q**uoni
am fecisti. id

Hugo Sic eniz
est facies. **Q**uoni
am fecisti. id
est facies. **H**ugo
continu
atur textus **M**anifestum est q hic
gasti inimicum meum retrorsum
quoniam fecisti iudicium meum.
id est quoniam pro me iudicatus
es iniuste coram pylato. a causaz
meam. quia p peccatis meis mor
tuus es qui debebam mori. sedi
sti super thronum qui iudicas iu
stici

Nicolaus **P**er thro
am. **N**um desi
gnatur iudicaria potestas christi
quantum ad iudicium discretiois
quo fideles credentes: ab obstina
tis infidelibus sunt separati. **I**deo
subditur. **I**ncrepassi gentes per p
dicaco nem apostolorum de ydola
tria cui erant debite a perijt impi?
id est dyabolus. qui habitabat in
ydolis. quia gentes predico em
apostolorum recipientes cofrege
runt ydola in quibus demones co
lebantur. nome e cruz celesti. quia
qui prius vocabantur pagani mo
do vocantur xpiani **E**t etia nomina
dy

ydolorum perierunt de terra. sicut pre-
dictum fuerat zacharie. xiiii. In illa
die dicit dominus. perda; noia ydolorum
de terra. et non memorabuntur ul-
tra In eternum et in seculum seculi

Augustinus. Seclum est hoc prius
tempus mutabile sed
seculum seculi est illud quod incommuta-
bili eternitate consistit et eadem quod
eter-

Nicolaus. Inimici
num est. defecerunt framee in finem. p-
framea que de gladius ex utraque
parte scindens. intelliguntur dyaboli
deceptiones quibus quasi imuta-
bili ter sauciabat genus humanum
cuius potestas et deceptiones defe-
runt et diminute sunt per christum
et apostolos qui ciuitates eorum et de-
monum destruxisti. Ciuitates demo-
num sunt prauis homines: quos possi-
dent sicut rex ciuitatem. atque in illis
exercent suas malicias.

Augustinus. Ibi namque
seruiunt oculi
ad curiositate. aures ad lasciuia
manus ad rapinas vel ad quod
libet aliud peccatum. et membra cetera
in hunc modum dyabólico princi-
patui et peruersis consilijs et factis
huiusmodi autem ciuitatis quasi plebs
sunt omnes delicate affectiones et
turbulenti motus animi. quotidiana
nas seditiones in homine agitan-
tes. has ciuitates et peccatores de-
struxisti expellendo dyabolum et eos
diuino seruitio subiugando.

Nicolaus. Perijt memoria eorum
quia post conuersio-
nem non dicuntur peccatores vel

ydolatrum. quales fuerunt prius. et
hoc cum somitu et per somitum pre-
dicationis apostolorum et dominus
in eternum permanet. quia regnum
domini nostri ihesu christi eternum sta-
bile est. et sine fine. **Parauit** in iudi-
cio ipse christus thronum suum et po-
testatem suam iudiciariam. et ipse iudi-
cabit orbem terre et habitatores or-
bis in equitate reddendo digna pro
meritis. et populos in iusticia. Re-
petitio eiusdem sermonis est

Jeronimus. Equitas et iusticia
pro eodem accipiuntur

Augustinus. iudicabit
inquit testimo-
nium phibente conscia et cogitatio-
nibus accusantibus seu defendentibus

Et factus est dominus refugium pauperi
Nico. populo videlicet catholico
qui fuit valde pauper in prin-
cipio cristiane fidei adiutor in opor-
tunitatibus et in necessitatibus. qui
homo est in tribulatione.

Cassiodorus. Ille est pauper
dei qui terrena cu-
piditate vacuatus celesti desiderat
largitate dicescere cui dominus adest
in tribulatione temptationum adiutor.

Nico. Et quia sic adiutor es
peret in te qui nouerunt
te per veram fidem quam non dereliquisti
absque consolatione querentes te
domine moribus a fide. **Cassiodorus.**

Na illi soli noscitur te domine qui audiunt
vocem tuam et mandatis tuis suppliciter
obediunt et ideo pro tantis beneficijs hor-
tatur propheta fideles ad
laudem dei dicens. **Nico.**

torquen **dic** Deinde subiungit
dos de iudicio bisul
fionis qd erit in fine mundi unde
dicit. **Q**uertantur. v. conuertet.
[peccatores in infernū] qñ eis dice
tur. **I**te maledicti in igne eternum
Loēs gentes q obliuiscuntur deū.
v. q in fine vite moriuntur sine re
in edio pñe. **E**t quia sicut mali pu
nientur. ita a boni premiabuntur.
Unde subdit. **Q**ui non in finez.
hoc est in finali iudicio. **O**bliuio est
pauperis. **V**idetur enī dñs pau
perz obliuisci in pñti non liberans
eos de malis pñtis vite. cū tñ hoc
possit. **S**ed tunc recordabit qñ eo
rum paciā remunerabitur. **I**ō sub
ditur. **P**aciā pauperz non peribit
in finem. **G**regorius omel. xxxv.
euang. qñ perisse paciā pauperz
cernitur cū mī pro illa in hac vita
humilibus recōpensatur: sed paci
entia pauperz in finem nō peribit.
quia tunc eius gloria pēcipit. cū
simul omnia ista laboriosa eminant

Nicolaus Quia sicut p sen
tenciam finalis
iudicij iniusti ibūt in supplicij eter
nū. ita iusti in vitā eternā vt habe
tur math. **Cassiodorus**
xxv.

Cū vero de fine seculi ppheta h. tra
ctaret: aduentū antixpi cordis illu
minatioē puidit. a periculi magni
tudine territus magna voce pda
mat dicens. **E**xurge dñe. **A**d iudi
cium per ptātem iudiciariā. **N**ō cō
fortetur. v. nō preualeat. **H**omo.
antixps. **I**pe ē homo pessm⁹ quem
hūana non pōt sustinere condico: i

est

quo tanta erit verfucia vt sola do
mini virtus eius possit superare ne
quiciam. **E**t gentes que cū eo scele
ra magna facture sunt etiam peti t
celerimo aduentu iudicari. dicēs

hugo **L**iudicentur gentes i cō
spectu tuo. **Q**uod te nō late
bit eoz inq̄tas. **Q**uod ostitue dñe. v.
constitui permittes ppter peccata
eorum. **L**egislato rem. v. antixpm
qui allaturus est pessimā legem a
iussurus multa contra dñi pcepta
super eos. **I**ō est in eumaz eozū:
qui ei ad he **Jeronim⁹**
rebunt

Lsciant gentes. **I**ai dānnate fuerit
Lqm̄ homines sūt. a q stulte fece
runt ponentes in hōie possimo spz
suam a non in deo: qui solus pōt
salua

Nicolaus **E**t quia
tāta p
secutio fidelium futura est tempo
re antixristi. vt videatur domin⁹
ecciam deseruisse. si posset fieri: p
pheta admirans subiungit. **Q**uod
quid dñe recessisti tōge. v. recedes
tempore antixristi. **V**idetur enī
deus quodammodo recedere a cri
stifidelib⁹ quando non liberat eos
cum possit a tantis persecutioib⁹
despicis in oportunitatibus: in
tribulatione. **I**llos enim videtur
deus despicere tanq̄ rem nullius
preij. quos non liberat in tempo
re oportuno: quod est tempus
tribulationis. **L**dum superbit im
pius. **I**ō est antixristus. a loqui
tur per modū presentis de futuro
propter certitudinem pphete. **L**in
cedit paup. v. ppxpian⁹ antixpō

inobediens cruciatur omni genere cruciatus: qui per incendiū deligē in sacra scriptura. Et aliquos ad terram incendit. Cōprehenduntur v. cōprehendentur. vnde trāslatio hebraica ita habet. capianē. s. anti xps a satellites eius. qui scdm beā dōctoz antiquoz in monte oliueti fulminabitur. a magna ps abherentium sibi. de quo dicit apl'us. ij. ad thes. ij. Tunc reuelabitur iniquus quē dominus interficiet spiritu oris sui. In consilijs quib' cogitāt. quia sicut cogitabant cruciare cristianos sic a deo cruciabitur. Causaz magni erroris anticristi subdit dicens. Quoniam laudatur peccator. anticristus In desiderijs a Hugo Desideriū nime sue. Hugo anticristi erit vt credatur esse deus. La iniquus benedicitur. vt deus.

Cassiodor'? Dic antix' s. abulantū a fallentiū cateruis eousq; pducē. vt se non solū regem terre s. etiaz rerum omnū predicet deū sicut Apostolus dicit ita vt in templo dei sedeat a extollat se supra omē id quod colitur a quod dicitur de'. Et sic puocabit deū ad iracundiaz id est ad vindictam malicie sue.

Vnde Nicolaus Facere sequit' Nicolaus habuit dominū peccator ipse videlicet anticristus qui dicitur peccator in deū. a iniquus in proximū. scdm mltitudinem ire sue. v. ire diuine cōtra se prouocate. non queret penitenciam sed morietur in obstinacōne

Hec est magnā irā dei vt desit peccatori correctio: a assit adulatio. Tunc enim assimilatur anticristo de quo dicitur. Non est deus in conspectu eius. videlicet alicuius reputationis apud se.

Cass. quia de ipso neq'ssio da miel ppheta testatur: dicens. Et extollet rex aduersus oēs deum. a ad deū deoz loqē supbia.

Nicolaus Inquinata sūt vie illius in oī tempore. v. cogitationes a opera illius occupabuntur in peccatōū pollucōne omni tempore vite sue.

Hugo Auferuntur iudicia qua quibus in prese ti iudicas occulte a in futuro dabis manifeste La facie eius. v. a mente a memoria eius a sic non timēbit iudicia dei sup se ventura: p nimia elatione. a obstinatioē Cassiodor'?

Sic iudicia dei a corde peccatoris auferuntur qñ videt tardius venire quod celeriter meruerat sustinē Omniū inimicorum suorum dñā bitur. potentia a seductione signorum populos Augusti.

Dicitur enim omnes reges superatus vt solus super omnes regn; Et quia per nepharias artes ad illud inane culmen dominationez q; perueniet addit. Q'uit e nim in corde suo. id est cogitauit presumptuosa securitate.

Hugo Non dicit ore quia vba ei' erunt dulcia ad alliciendū hōmes 8. iij.

cogitabat ergo in se dicens non mouebor. non deficiat ab hac domo mea. agnatioe i gnatioe.

Augusti et fama mea a noneratioe in generatione post eorum non transiet nisi malis artibus a dipiscat tam excelsum principatu de quo posteri tacere non possunt

Nic. Et hoc faciam sine malo. sine vlla iniuria. Qui? maledictioe os plenu e. blasphemando existit cu se dei filiu e me cietur. a amaritudine. amara commina. **Cassi** qn penam mortione. Cassius indicit a ad suppliciu iulet peruenire qeu taq deum contempse

Nico et dolo. rint adorare. quia verbis blandis a seductorijis ml'cos decipiet. sub lingua. et corde. labor a dolor. q cogitabit qli scis inferet laborem a dolorem.

gre rv. a. xxxiii. mox. Peruer. si qz qz malu si i lingua. si sub lingua habent in sermonibus dulcia pretendunt a in cogitacibz peruersa

Augusti Tacite ei moliantur. ista e cogitaturus sed hoibus alia locutur. vt bonus a iustus a dei filius videatur. Sedet in insidijs. more latronum. am diuitibus. quibus diuitibus nisi eis quos huius seculi mueribz cumulabit. Et ideo in insidijs cum hjs sedere dicitur e. qm falsa felicitate ipoz ad decipiendos homines ostentabit. q praua voluntate bene tales esse cupiunt. a bona eterna non queunt in la

queos eius incidunt Et quia miraculorum fraude multos illaq abite **I**deo subiunctu est in occultis. q puto dictum esse quia non facile intelligitur tunc quid appetendu qd re fugiendum sit. Et hec omnia faciet. vt interficiat innocentem. populum videlicet christianum sibi inobedientem. Interficere innocentem est ex innocenti a religioso facere non. **Cas.** Eiusq animam ppecentem. tua morte danare.

Nicola Oculi eius i pau. perem. im plm fidelem. respiciunt. considerans q licet ipsum totaliter possit destruere. insidiatur in abscondito. q leo in spelun. **gre** xxxij. mox. Re. ca sua. de leo a insidi

dians dicitur antichristus. Insidians per miraculoz speciem signis leo per fortitudinem secularem. vt enim eos qui aperte sunt iniqui pertrahat secularem potenciam ostendit. Et vt etiam iustos fallat signis sanctitate simulat. Illis em suadet magnitudinis elationem. Istos decipit per ostentationem scitatis.

Cassiodoro due em psecutiones ppli xpiani precesserunt. prima fuit violenta cum a pagamis christianis prescriptiombus tormentis a ceibus ad ydolorum sacrificia cogebantur. **Altera** fraudulenta: que nunc per hereticos a falsos agitur christianos. Novissima fupere est. que per antichristum dicitur esse ventura. qua nichil periculosi. quonia erit violenta nimis

ex potestate regni secularis a deo
 ptiosa miraculis. sicut dñs in euā
 gelio dicit. Seducat si fieri potest
 etiam electos. Itē aug⁹. Insi
atur ut rapiat pauperem. Itera cō
 insidiarū inimitatē callidi psecuto
 ris ondit et insidiatur. raperē pau
perem. v. decipere populū xp̄i dñi
 v. vsq̄q̄. Lat August v. quib⁹
trahat eū. August pōt cru
 ciatibus affligendo ad se adducit.

Nicolaus Et q̄ tormento
 fledē nō poterit
 verbis dolosis ad se trahere stude
 bit. Vnde subditur. In laq̄o suo.
hoc est in dolo suo. hūiliabit eū.
 videlicet po
 pulū christi. August signa a
 miracula. facere ceperit quanto mi
 rabiliora videbūtur hōibus tāto
 illi sancti qui tunc erunt contēnen
 tur a quasi pro nichilo habeunt.

Jeronimus Et tunc incli
nabit se. ad
 humilitatē vt videatur quasi mis
 a sanctus. a cū se nichil meliāue
 rit tūc casurus est. Vnde subdit

Nico La cadet la dominio suo
ca dñatus fuerit paupe
rum. .i. xp̄ianorū: suo tēpore abie
 ctorum a spoliatorū. a causa deie
 ctionis eius subditur. Dixit enim
in corde suo. v. cogitauit hoc qd̄ sū
 ditur. oblitus est deus. non hñs
 noticiā scōrum nostrorū. auertit
faciem suam ne videat in finem.

Jerō Ac si dicat mea sunt oīa
 q̄ diu seculū fuerit. a in
 obliuione tradidit illa deus. a nū
 q̄ amplius vsurus est illis. sed

mea sunt quia ego sum deus.
Augusti Hec est inclinatio
 miserimi casus dñi
 humanus animas in suis iniqui
 tatibus prosperatur. a parci sibi
 putat cum excecatur: a observa
 tur ad vltimam vīdīctam.

Nicolaus Deinde de scribit
 antixpi finalis
 deiectio que fiet virtute diuina ab
 preces scōrum. qd̄ preuidēs dauid
 orando subiungit. Surge dñe.
q̄ videris quasi dormire cū pmittis
eum tanta mala facere in sanctos
tuos. a exaltetur. v. mōstret. ma
nus tua. v. ptās tua ad eū piciē
dū. ne obliuiscaris pauperem. dicitē
 do eos diutius in persecutione anti
 cristi a

Hugo Vidēs at ecclā
 suoz se liberandaz
 exultat. a antixpi suo psecutori
 insultat di. Propter qd̄ irritauit i
pūs deū. q̄ diceret. quid profuit
 ei q̄ tāta mala facere suis blasphem
 is dñm puocare ad eius pbicōez.

Nico Dixit enim in corde suo nō
requireret. facta mea ad
 puniendum ea tanq̄ non curans
 vel ignorans. Vides tu deus cui⁹
 oculis oīa nuda sūt a aperta. quī
tu labore. a dolore. quos infligit
 sanctis tuis antixps. consideras. di
 ligenter ad puniendū. vt v. quō
trahas eos. .i. antixpm a suos mi
 mistros. in manus tuas. v. in ptā
 tem iusti.

August In mediuz
 cie tue. August deductis im
 pijs a iudicis redit adiutor: vt sic
 illi signa factis recipiunt: ita isti
 promissa premia consequantur.
 d. iij.

Vnde **Nico** **T**ibi derelictus e
sbdit. **Nico** paup. i. v. populus
cristianus vt eum ptegas a dese
das orphano. i. v. eidz populo cri
stiano qui anticristi tēpore videbi
tur quasi sine patre ptegete a ma
tre compaciēte. tu eris adiutor.
accipiens eū sub ptectione tua.
Quere brachiū. i. v. ad nichilū re
dige ptātem. peccatoris a mali
gm. i. v. anticristi qui. ij. ad thēl. ij.
dicitur homo peccati a filius pbi
tiois. queretur pām illius. quia
nequicia illius a te diligēter disci
tetur. an sit ampli? vtilis ad pur
gationem electorum. a non inue
niet. ad hoc vltra vtilis eo qd suf
ficienter erunt purgati. a sic anti
cristus occidetur. a cū suis deicie
tur in ignem inferni. sicut pī pron
cit virgam in ignem post debita
z filij correctōnem. Et quia inter fō
anticristo apparebit manifeste po
testas a dominū christi. **I**o subdi
tur. **O**is regnabit in eternū a in
seculū seculi. i. v. sine fine. qz vt dici
tur daniehis. vij. **P**tās eius ptās
eterna a regnū eius non corrūpē
t. peribitis gentes. videlicet tu an
ticriste. a qui tibi adheferunt. de
terra illius. quia regnabit in eter
num. Et quia peribunt ad peticoz
sanctorū. **I**deo subditur. **D**esideri
um pauperum exaudiuit dñs. fa
ciendo finem de psecutione anticri
sti. preparaōz. i. v. affectū. cordis
eorum. quo desiderabant liberari
a mal pntib? audiuit auris tua.
Teroni. i. v. clemencia tua per
quā fidelib? largiris.

vitam quā desiderāt hīc eternant.

Nico Deinde dauid finaliter
cōcludit peticoz ecclesie
dices. **I**udicare pupillo a hūili.
scilicet pro populo catholico q̄ erit
in extremo. **A**ugusti. Aliud
iudicio. **A**ugusti est in
dicare pupillū a iudicare pupillo
Judicat enim pupillum qui eum
condemnat. Et iudicat pupillo: q̄
pro illo sententiam profert.

Hugo. **V**t non apponat. i. v.
non presumat. vltra
magnificare se homo. i. v. quicunqz
se erigere contra deum. super ter
ram. sicut fecit anticristus.

Cas. Completa est psalmogra
phi denūciata pmissio. re
serata sunt filij occulta miracula.

O ingentes a ammirabiles cause
que q̄uis exposite videant adhuc
tamen sine dubitatione secrete sūt
dū ignorant qm veniant a adhuc
obstruse esse monstrantur. **S**ic a
secrete est qd dicitur a querentibz
non tacentur. Quia ppter dño su ppli
cemus effusus vt nobis emenda
tionem saluterimā offerre dignē
quia sine excusatione peccat cui re
tribuo meritoz p̄ dicit eē v̄tura.

Teronim? **I**pe q̄ dñs est
ab antixpi ope
ribus nos custodire dignetur ille
sos. vt ab illo pupilli facti: p̄tem
xpm dñm cognoscentes ipsum se
quamur fide. ipsum time am? cor
de. ipsum glorificemus opere. cui
cum eterno patre a spiritu sancto
est honor a gloria in secula secul
lorum. Amen.

In dño con

T. tulus h^o ps talis e.

In finez ps 68 hugo

In precedenti psalmo egit de psecutione bonorum tempore antixpi futura. hic agit de persecutione bonorum que est a membris antixpi. de quibus prima iob .i. dicitur.

Nunc antichristi multi sunt.

Castiodorus

Quia aut in titulo potest. In fine enim: semper ad dominum christum est referendum. quod quicquid imbecat gloriosam passionem. modo trium phalem resurrectionem. Nunc aut sanctam fidem dedit in qua heretici diglabiantur et dimicant contra fidelissimos. **Hu.** propheta igitur christianos. **Hu.** in persona cui iussit fidelis loquitur hereticis: qui mittitur catholicos in suam convertere prauitatem dicens.

In dño confido qui est spes salutis mee. quomodo lo vos heretici dicitis et si uadentis laie mee et mihi transmigra in montem. et ad nos qui sumus magni literati et debes transire quia es sicut passer et pennatus virtutibus. **Idem** glosa. Moraliter hoc debet dicere uir iustus cum temptatur precipue de uana gloria vel ambitio. **In dño confido** in quem fixi spem meam quomodo dicitis a iure mee non dicit michi quia dyabolus non multum curat. quod homo exaltetur exterius sed hoc precipue cupit: ut interius uano glorie consentiat. transmigra in montem superbie vel ambi

tionis sicut passer. Ecce quibus dunt suggestiones prauae merito debes transire ad altiore statum quia es pennatus virtutibus et ornatus bonis operibus. **Compatuit** uir iustus passer propter multa. quia modicus est ut passer per humilitatem. **Leuis** propter temporalium abiecti onem. **cautus** propter suam sollicitam custodiam. et habitat in petra per iugem meditationem dominice passionis. **Deinde** propheta conuertens sermonem ad catholicos exponit quod re dixerit. **In dño confido** quasi dicit. **Idem** dixi hoc. **Quia** ecce peccatores et heretici intederunt arcum et sacram scripturam ad uoluntatem suam exponendam superseuerunt. parauerunt sagittas suas et parata habent uerba uenenosa et argumentationes sophisticas in pharetra et in corde suo. et hoc ut sagittent in obscuro. id est in suis ambiguis et obscuris sententiis. rectos corde id est in simplici sensu degentes. **Idem** glosa ex Jeronimo

Collector Gregorius uero in libro moralium hunc uersiculum ita exponit. **Quid** pharetre nomine nisi prauorum machinatio designatur. **Iniqui** enim cum dolos quos bonis excogitant secretis machinationibus occultant quasi in pharetra sagittas parant. **Et** in hac presentis uirtute caligine uelut in obscuro rectos corde feriunt. quia maculosa eorum iacula et sentiri per uulnere possunt et tamen uentura deprehendi non possunt. **Deinde** ab hereticis conuertit

sermone ad dñi d. qm . Lat si dicat

glosa per arca v p sacram scri
pturā heretici parāt dece
ptiones simplicib⁹ qd tñ nē ex vi
tio scri. **Cassio** sed d neq̄ssima
pture. voluntate sua
qm̄ que p̄fecisti . i . scripturas q̄s p
fē edidisti ad salutē destruxerūt .

glosa v peruerterunt male ex
ponēd . i . iust⁹ at . i . s . xp̄s
[quid fecit .] quasi dicat . si hereti
ci offendunt nonne xp̄s pacez dat
nobis . dat vtiqz pacē quā vos he
retici nephāda dissensioē viola
tis . qui dixit . Pacem meam do vō
bis . pacem meam relinquo vobis .

August xp̄us quid nobis fe
cit qui traditorē su
um tanta paciā pertulit vt ei p̄mā
eucharistiā confectā manib⁹ su
is a ore suo cōmendataz sicut cete
ris apostol⁹ traderet . Quib⁹ nobis
fecit christus qui eundē traditorē
suū quem dyabolū nominauit an
tradicionem sui dñi . nec loculis do
mici⁹ fidem potuit exhibere cum
ceteris apostolis ad predicanduz
regnum celorum misit . vt demon
straret donā dei peruenire ad eos .
qui eum in fide accipiunt : etiā si ta
lis sit p̄ quē accipiūt q̄l iudas fuit

Cassi exprobrati⁹ his q̄ falsa
sentiant de religione ve
rissima consequenter p̄teta dicit
iudicia domini esse ventura vt hu
mana pueritas saltē cōsiderata
domini districtōne se corrigat Vñ
dicit . Qñs i templo sancto suo
v in vnoquoqz religioso . Sic ait
apostolus . Si quis templū viola

uerit disperdet illum deus . Templū
em̄ dei sanctum est quod estis vos
vt sciat hereticus a dō se posse disp
gi a quo noscuntur corda re de cre
dentium possideri dñs in celo . v i
sanctis hōibus . sedes eius quia
sanctos viros p̄ntia maiestatis sue
diuinitas insidere dignatur .

Jerō Oculi eius in pauperē
respiciunt . oculi christi
id est aspectus diuinitatis .

glosa viz misericordia ei⁹ ad
p̄lm xp̄ianū respicit . L
palpebre ei⁹ interrogāt filios hōim

Cassiodo p̄ha loq̄tur h̄ at
legorice d̄ deo q̄i
habeat palpebras q̄ cū claudūt
nichil videtur . dicit em̄ dñm non
solū respicere quando intendit ocu
lis sed etiāz tunc requirere v cōfi
derare filios hōim : cū eos neglige
re quasi dormiens estimatur

Jerō Palpebre sunt diuinitatis
subtilitas v iudicia dei oc
cultā in quibus nos interrogat v
cognoscat quid habeat vnusquisqz

Mico p̄ hoc scrutatur ad⁹ a co
gitatōes filioruz hōim . q̄
idcirco dicitur palpebre dei . quia
ipsa iudicia eius qñqz nobis clau
duntur . a qñqz nobis aperiūtur tā
q̄ palpebre . **Jeroni** Videmus
oculoz vnaqz gen
tem flagellari a scimus pro qua cā
flagellatur . Nec manifesta iudi
cia sunt . Videmus alteram flagel
lari a nescimus pro qua causa . a
hec iudicia dei sunt occulta tanq̄
nobis clausa . Et per hęc superius
cōprehensa . Qñs interrogat ius

tum a **hugo** v pbat a discer
 impiū mit conscias eoz
 de quibus noscitur solus deus fer
 re iudicium. Et sic interrogando in
 uenit q̄ qui diligit iniquitatem |
 v p̄dm̄. Nam peccatū iniquitas ē.
 vt dicitur **Remigius** Ille
Job. iij. diligit iniquitatez: qui ex desiderio pec
 cat. qui et si semper viueret: semp
 suis desiderijs peccando vti vellet
 Et hic odit animam suam |

Cassio Se em̄ persequitur q̄
 sequitur dyabolū. dū
 illas semitas cōmeaē maullt que
 ad penay loca fugienda pducunt

hugo Quid at̄ dilectoribus mi
 quitatū sit futury cōter
 oñdit d. tp̄ hiet. s. dñs v plucere
 faciet super peccatores laqueos |
 vt illaq̄entur. ita q̄ non possunt
 mereri. vnde puer. v. Iniq̄tates
 sue capient impiū. a fumibus pec
 catorum suorum constringitur

Ricol Etiam iuxta litteram
 peccatores moriuntur
 subito a ex impuiso q̄i capti laq̄o

Glosa lignis | v cupiditas.
sulphur | v fetor ma
 loz operum | a spūs p̄cellarū. | p
 hoc penā eterni iudicij indicat. a
 verbera **Jeronim⁹** Hoc to
 p̄tōruz tū fm̄
 historiaz factū fuit qm̄ dom̄⁹ plu
 it sulphur a ignem sup 30 domaz
 vt ait ap̄tus iudas. in exemplum
 ignis eterni factū fuit. **Addidit q̄.**
l pars calicis eoz: quare dixit p
 tem eorum. quia vnusquisq̄ p p
 te sua quasi de calice iustam vindi

ctam recipiet pro ut gessit miseri
 as suas vt ait p̄pheta. **Reddet deus**
 vnicuiq̄ iuxta opera sua. Et ideo tā
 q̄ racōnem reddens quare id fiat
 subiicit. Quia iustus dominus p
 naturam. | a iusticias dilexit. | quia
 vnunquēq̄ scdm̄ opus eius p̄pri
 um iudicat equitatez vidit vult⁹
 eius | vt sc̄ndis premia: p̄tōrib⁹
 penam **Cassi** Q̄tēne versuta
 tribuat. **Cassi** as a p̄uerfita
 tes here ticorum a malignoz: nec
 non retribuōes ip̄oz p̄ iste mi
 rabili breuitate cōplexus est. vt
 quorum futuras p̄as agnoscim⁹
 ab eorum prauitate arceamur

Jeroni Qua p̄pter dñō suppli
 cem⁹ q̄tin⁹ nos vcati
 one sua dignetur efficere dignos.
 a non fm̄ p̄cā nrā nobis supplicia
 inferat. sed fm̄ magnam miām su
 am veniam largiatur quia ip̄i est
 cū eterno patre a spū s̄cto honor
 a gloria in secula seculoz Amen

Saluū me fac
 Titulus h⁹ p̄s tal est
 In finē p̄s 88 pro octa
 ua Sensus eius talis est. p̄s iste at
 tribuitur dauid a fidei tendenti in
 finez v in xpm̄. a in eodem p̄s orā
 ti p̄ octaua v p̄ die iudicij. de quo
 in vi. p̄s. supra **Glosa** Vi
 dictum est. **Glosa** Vi
 em̄ vir sc̄is multiplicatā vanitatē
 seculi q̄i subito timēs exclamat p̄
 magnitudine periculi a ait
Saluum me fac domine: |
qui potes solus saluare.